UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Residentia

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

* *Syl.verſ.Reliquiæ.nu.1.Azor.l.c.q.8.*
Addit; Reliquiæ collo ſuſpenſæ deferri poſſunt. *D.Tho.2.2.q.69.art.4.ad 3.D.Ant.3.p.tit.12.c.8.Syl.Fum.verſ.Reliquiæ,Nau.c.11.num.35.Azor.l.c.q.6.contra Ang.verſ.Reliq.4.*

De certis formis, quas Agnos Dei appellant *Azor.l.c.cap.9.*

Vide *Staph.cum litteris gratiæ lib.1.c.25.num.10.Graff.l.2.c.2.nu.11.*

Repreſſalia, vide Bellum.

1 Licent Repreſſalia eo modo quo bellum, ſcilicet auctoritate ſui Principis, & altero Principe, ſcilicet eius qui læſit, monito, vt curet ſatisfieri: quòd ſi non fit, poteſt leſus etiam ab innocentibus accipere, ſi aliter ſua recuperare non poteſt.* *Vide Syl.eod.verſ.numer.2.*

2 Repreſſalia non poſſunt fieri in perſona Eccleſiaſtica. *Vide de iniur.lib.6.*

**Caiet.eod.verſ.Syl.l.c.nu.8.*

Reſcriptum, vide Gratia.

Reſidentia, vide Beneficium.

1 Omne beneficium requirit reſidentiam: nec reſidet, qui non ſeruit; quod niſi cauſa iuſta excuſet, aut recepta conſuetudo, mortale eſt non reſidere. Vbique autem ferè receptum, ne in Simplici reſideatur. Curatũ autem, ne reſideat, nulla excuſat conſuetudo, obliga-

obligatur enim diuino Iure: nec, ſecundum Congreg. Concil. excuſat ſeruitium Epiſcopi, aut Cathedralis, aut inquiſitionis, aut paucitas ouium, aut defectus domus propriæ, poteſt enim conducere: nec ſecundū *Caie.2.2.q.185.* eſſe Auditorem Rotæ, aut Secretarium ſedis Apoſtolicæ, nec ſecundum Sotum, eſſe Cardinalem· ſi enim eſt Epiſcopus, debet reſidere in Eccleſia ſibi commendata.

* De reſidentia multa *Nauar. lib. 3. conſ. de cler. non reſid. & in Man. c. 25. nu. 121. Sot. l. 10. q. 2.*

* Omne} *Vide Syl. Reſidentia. nu. 1. Nauar. l. c.*

Mortale} *Tol. l. 5. c. 4. nu. 1.*

Ne in ſimplici} *Nauar. conſ. 4. de cleric. non reſiden.*

Curatum} *Nau. l. c.*

Diuino iure} *Nauar. c. 25. numer. 121. ex Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de refor. Sot. l. c. art. 1. contra Catherinum.*

De cauſis excuſantibus à reſidentia *Nauar. c. 25. nu. 121. D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 5. Sot. l. c. art. 4. Syl. Reſidentia. q. 6.*

Secundum Sotum } *l. c. artic. 4. col. 6. Vide Trid. l. c.*

2 Parochiæ annexæ Eccleſiæ Cathedralis Capellæ poteſt per Vicarium ſeruiri.

3 Reſidere cenſetur, qui abeſt propter Eccleſiæ ſuæ negotia.

* *c. Ex parte de cler. non reſid. Syl. l. c. q. 7.*

4 Poteſt Epiſcopus abeſſe ob ſuæ, vel vniuerſa-

uerſalis Eccleſiæ neceſſitatem, & vt alienæ ſuccurrat, modò ſine ſuæ detrimento.

* Vide *Trid. l. c. c. num. 3. Nau. l. c.*

5 Epiſcopus, & Curatus non legitimè abſens tenetur fructus dare fabricæ, aut pauperibus, *Ex Trid. ſeſſ. 23.* Qui tamen nō poteſt reſidere, non ideò debet damnū pati. Ex Cong. Conc.

6 Fructus amiſſos ob non reſidentiam non tenetur quis dare ante condemnationem, ſecundum Nauar. Ego verò cenſeo à Confeſſore condemnandum. * Nau. ʒ *l. c. verſ. In omni.*

Ego verò ʒ Id innuunt verba Concilij l. c.

Fructus ſuos non facere, nec tuta conſciētia, alia etiam declaratione non ſecuta, illos ſibi detinere poſſe.

7 Poteſt Epiſcopus abeſſe ex cauſa per tres menſes, Curatus verò pro duos. *Ex Trid.* ſecūdū Nau. opus eſt licentia ad tanti tēporis abſentiā. Habens verò beneficium in Cathedrali, aut Collegiata, non poteſt abeſſe plus tribus menſibus quotannis. *Ex Trid. Conc.*

* *Vide Nau. l. c.* Ex Trid. ʒ *l. c.*

8 Excuſat à reſidentia audire Theologiam, aut Ius Canonicum per quinque annos, docere verò quamdiu docetur: in alijs ſcientijs requiritur Epiſcopi licentia, ſi peti ſolet. Item Papæ ſeruitiū, aut Epiſcopi, ob vtilitatem Eccleſiæ. Ita Naua. At Trid. vult approbari ab Epiſcopo abſentiæ cauſas, & quidem has oportet eſſe Eccleſiæ vtiles, vel proprias, vel vniuer-

niuerſæ, vt ſupra dictũ eſt. Ait verò Naua. diſpenſationem Epiſcopi cum Parocho, vt poſſit cauſa ſtudij abeſſe per ſeptem annos, non poſſe per Epiſcopum reuocari. Nunc autem Parochis non conceditur hæc licentia iuxta declarationem S. Cong.* *Nauar l.c.*

Ita Nauar. ʒ *l.c.*

Trid: ʒ *ſeſſ.23.cap.1. de reformat. & ſeſſ.6.ca.6.*

9 Qui non reſidet, tenetur per alium tot Miſſas dicere, ad quot reſidens tenebatur.

10 Capellanus poteſt per alium celebrare, etiamſi in fundatione ſit vt celebret. *Ex Congr. Concil.*

11 Canonicus abſens ſine cauſa, tenetur reſtituere diſtributiones: nec alij poſſunt remittere: vt colligitur ex Conc. Trid. ſeſſ.24.c.12. de refor. & declarauit Congr. Conc.

12 Excuſat in Collegiatis non inſignibus à non reſidentia conſuetudo immemorabilis, & reditus tenues, qui Canonicos alere non poſſunt. *Ex Congr. Conc.*

13 Obtinens Canonicatum, & Parochialem, in hac tenetur reſidere: & perdit diſtributiones, quando non ſeruit Canonicatui. *Ex ead.*

RESPVBLICA.

1 PRohibita vniuerſitate, non cenſentur prohibiti ſinguli, nec pactum inter Regem, & Communitatem obligat ſingulos Communitatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN